

appareat non effectuatum, omnia comprehendit, cum recipiat latitudinem secundum subjectam materiam. *Jaf. in l. licet n. 21, ff. de legat. 1, Signor. de Homod. 148, n. 12, in fin. vers. item pars adversa, Maceraten. var. resol. lib. 1, c. 109, sub n. 37. & verbum satisfacere, quod latissime patet l. si rem alienam §. omnis ff. de pignor. act. l. Stichum qui meus ff. de legat. 1. Gratian. discept. 92, n. 45, cum aliis congestis per Bello. de jure accres. c. 5, q. 13, n. 26.*

Quod eo libentius admittendum videtur, considerato eximio amore, quo testator Marinum prosequatur, adeo ut in ultimo etiam elogio ei suum hæredem commendaverit; quare admodum verisimile est, quod si alius vivens satisfacit, * prout liquet ex datis in summ. responsionis nu. 1. huic etiam satisfactum esse intellexerit. *Odd. consil. 43, n. 38, vers. & præsertim, Rim. consil. 330, n. 12, & seqq. Rot. in Romana legati de Vitellis 10 Decembris 1585, coram stabulo, & in Fulginat. Legati 6 Novemb. 1620, coram Sanctissimo D. N. tunc hujus Sacri Tribunalis Auditore.*

Accedat quod legatum mobilium contextualiter, & sub eodem verbo cum dictis scilicet 1500. Marino relictum, non revocavit testator, quin imò, ut deponunt quatuor testes formiter examinati, ei præventive satisfacit, sæpe, ac sæpius declarando, quod dicta mobilia stabant Marini dispositioni, quodque illorum ipse erat dominus, adeo ut consumptorum pretium, eidem exburfari mandaverit, quare, * & similis perseverantiæ, & ejusdem voluntatis fuisse testatorem præsumendum est circa legatum pecuniæ, ut utrumque æquali determinatione reguletur, juxt. text. in l. jam hoc jure. ff. de vulg. & pup. l. quamvis Cod. de impub. & alior. substit. l. in testamento C. de testam. milit. ita in puncto Decian. resp. 70, sub num. 15. vers. sicut ergo lib. 5, Buccaf. consil. 51, n. 14.

Et omnis tolli visa fuit difficultas ex assertis, per secundum, & quartum testem, qui autumant, quod testator usque ad extremum vitæ spiritum, declaravit se remisisse, ac donasse Marino dicta scilicet 1500. quod cum verificari non possit, nisi supposito præventivo dicti legati adimplemento, ipsum implementum tanquam necessarium antecedens supponit, & cum de substantia donationis constet ex publico Instrumento primi testamenti continentis legatum, * quod donatio est l. legatum est ff. de legat. 1, l. legatum ff. eo secundo §. legatum instituit. de legat. illius effectuatio, & satisfactio * bene probatur per duos testes, *Cenc. de censib. quest. 87, nu. 16, quin etiam per conjecturas, * & præsumptiones gloss. in leg. si quis chirographum ff. de probat. Surd. decis. 105, n. 10, Fenzon. ad stat. urb. cap. 153, n. 31, Rot. decis. 154, n. 4, part. 3, recen. & in Romana census, 14 Decemb. 1648, coram R. P. D. meo Bichio.*

Non obstat defectus insinuationis, quia cum ea in donationibus * tantum inter vivos requiratur l. fin. & ibi gloss. C. de donat. ca. mort. Mantua. consil. 132, col. 2, Gabr. de donat. concl. nu. 77, Buratt. decis. 461, nu. 1, non erat hic necessaria: nam præventiva solutio quæ fit in vim præcedentis legati * non transit in donationem inter vivos, *Surd. consil. 14, num. 10, vers. nec etiam, Vasquez de success. cura. lib. 2, §. 17, n. 111, in fin. & 112, Afflic. decis. 275, sub num. 6, vers. quia respondetur, Rot. in Romana Legati scilicet 50 milium 26 Junii 1641, in prin. & in §. minus obstat, coram R. P. D. meo Cerro.*

Quæ verò apponebantur contra testes, visa sunt non relevare, quia eorum singularitas * non est obstativa, sed administrativa; ex trad. per Rot.

*decis. 433, n. 4, part. 4, tom. 3, recen. in Carpentoraten. hæreditatis 28 Junii 1647 coram R. P. D. meo Bichio, in Spoletana bonor. 7 Februar. 1648, §. nec dici potest, coram R. P. D. meo Royas, & contrarietas in eorum dictis reprehensa cum sit circa accidentalia * tantum, non attenditur, Farin. de testib. quest. 65, n. 16, Rot. coram sanct. me. Greg. XV, dec. 248, n. 13, decis. 558, n. 8, & ibi Add. n. 10, maxime cum de facili possit ad concordiam reduci juxt. not. in cap. cum tu de testib. Martin. Andr. decis. 30, n. 7, Rot. decis. 304, n. 14, part. 7, recen. Et ita utraque, &c.*

DECISIO LIV.

R. P. D. VEROSPPIO.

Romana Salviani.

Merc. 23. Martii 1650.

SUMMARIUM.

- 1 Immissio ex Salviano conceditur, probatis extremis.
- 2 Creditum probatur instrumento.
- 3 Inventarium probat contra conscientem, & illius hæredes.
- 4 Possessio ex confessione probatur. Ex litis sustentatione probatur, n. 5.
- 6 Curator sine adulto contrahere non potest. Declara ut n. 8. Sine Concuratore non contrahit, n. 7.
- 9 Solemnitates in actu, necessariò non requiruntur.
- 10 Curatoribus in solidum censetur demandata administratio.
- 11 Præstatio annua Moniali assignata, est portio dotis.
- 12 Dotale debitum statuto non ligatur.
- 13 Statum laicale non includit Ecclesiasticos.

Immissionem domus controversæ à Venerabili Monasterio Sanctæ Annæ de Urbe, ex persona Camillæ Monialis, ibidem professæ, petitam, eidem Monasterio fore concedendam hodie Domini responderunt: Quia ipse Camillæ creditum cum hypotheca legitime justificat, ac utrumque possessionis extremum, anteriorem scilicet Octavii debitoris, de tempore obligationis contractæ, ac posteriorem Ludovicæ reæ conventæ, * adeoque in hoc utilis judicio Salviani præfatæ domus immissionem assequi debet ex disposit. text. in l. 1. ff. de Salv. & in l. 1, Cod. de præf. & notant utrobique DD. Bart. in l. rem alienam, n. 5, ff. de pignorat. actione, Contard. in leg. unica, Cod. de moment. possess. limit. 14, n. 11, Negul. de pignor. primo memb. part. 8, n. 6, & 8, Rot. coram Puteo decis. 201, n. 2, lib. 1, Gregor. decis. 491, n. 6, coram Buratt. 728, n. 4. Deducitur enim creditum Camillæ hypothecarium ex publico Instrumento præstationis annuæ, scilicet 36, sub obligatione Camerali, per eandem, cum Curatore Octavii fratris, stipulato ab anno 1582, dum paternæ successioni, ac hæreditati maternæ ipsius Octavii favore renunciavit, & antequam in Monasterio professionem emitteret Regularem: Ex tali siquidem Instrumento obligatione Camerali munito præfatum creditum * spatio annorum viginti-novem ad scilicet 1044, ascendere dignoscitur, ac legitime remanet comprobatum, secundum Bart. in l. 1, n. 8, ff. de oper. nov. nunciat. Rot. in Imolen. Salviani 5 Decemb. 1601, coram Lancell. & in Romana Salvian. 26 Nov. 1605, & in Interam. Salviani

Ad materiam de Alim. Decis. LIV.

*Salviani 14 Novembris 1611. coram Manzanedo, & in aliis congestis in Romana Salviani 12 Januarii 1646, coram R. P. D. meo Arguelles. Possessionem verò domus controversæ de tempore imitæ obligationis, penes Octavium debitorem extitisse, rectè probatur ex descriptione ipsius in Inventario * hæreditatis Octavii, facta per Hieronymum, ac Joan. Baptistam ejusdem filios, ac hæredes, quod tum contra ipsos, tum contra habentes ab eis causam plenè concludit, ad text. in l. ult. C. arbit. tut. & in §. sancimus auth. de hæred. & falcid. notat Bald. in consil. 407, num. 6, lib. 1, Roman. consil. 102, n. 3, Soccin. consil. 159, n. 1, lib. 2. Castren. consil. 393, n. 2, lib. 2, Rot. in Carpen. bonorum 16 Martii 1612, in §. ult. coram Sacrato. Nunc verò penes Ludovicam adversariam adesse, bene convincitur five ex propria confessione ne * in responsione, ad positiones emissa, vulgata l. cum præcum, C. de liber. causa, & l. ab emptione, ff. de pactis, ubi post gloss. in verbo constituantur, notat Angel. n. 4, gloss. in l. 2, in verbo tradita, ff. de acquir. possess. Rot. decis. 132, nu. 3, part. 7, recen. & in Sulmonen. Vicariæ 26 Junii 1646, coram R. P. D. meo Melio, & in Pisaren. mantentionis 4 Junii ejusdem anni, & 2 Februarii seq. coram R. P. D. meo Arguelles, five ex ipsa litis sustentatione, ut notat Alex. consil. 173, n. 1, lib. 3, Pacif. de Salv. inspect. 1, cap. 6, n. 7, Rot. decis. 119, n. 5, part. 1, & 220, nu. 3, part. 5, recen. & in aliis relatis in Leodien. Domin. 25 Junii 1649, in §. siquidem coram R. P. D. meo Corrado.*

Neque præfatam Camillæ creditum poterit impugnari, vel quia Instrumentum annuæ præstationis à Camillo de Rusticis paterno Curatore Octavii, ipso tamen absente, fuerit inutiliter stipulatum, ex quo ille solum poterat auctoritate tem præstare contractui, * non autem sine minoris præsentia stipulari, secundum Castr. in l. neque tutores n. 5, de procurat. Aretin. in §. neque n. 13, instit. de auctoritate tutorum. Pereg. consil. 74, n. 4, lib. 3, vel quia simultaneè cum matre Octavii eidem contractui non interfuit, * prout interesse debuerat, dum una cum ipsa fuerat Curator deputatus, ad text. in l. ult. ubique Bald. n. 11, C. de impub. & aliis substit. & in leg. ultim. ibique gloss. in verbo una, ff. ad legem Aquil. Paris. consil. 79, n. 21, lib. 3.

Cum enim ageretur de dote debita, tam ex juris dispositione, quam ex lege per Testatorem hæredibus imposita, potuit proinde Octavium, licet minor, * & absens, efficaciter à Curatore obligari, ejusque bona vinculo hypothecæ jure subijci valuerunt, ut probat text. in leg. tutor in princip. ff. de pignor. & in l. si in rem minoris, ibique gloss. ult. C. quando ex facto tutor, vel curat. Pacif. de Salv. inspect. 3, c. 124, cum seqq. Rot. coram Greg. decis. 31, nu. 1, cum seqq. & in Anconitana manna 13 Maii 1644, coram R. P. D. meo Corrado in §. quia primum cum sequenti §. Etiam si solemnitates per statutum obligationibus minorum impositæ, adhibitæ non fuerint à Curatore; cum in hac dotatione * de necessitate præstanda per Octavium, vel quia tanquam frater forori dotem tenebatur assignare, ex disposit. text. in l. cum plures, §. cum tutor, vers. alio patre nata, ibique gloss. in fine ff. de administr. & periculo tutor. gloss. in l. non omni in verbo nulla in fine. C. eod. tit. Bart. in proem. digestorum n. 14, Guidopap. decis. 90, n. 24, Rot. in Romana dotis de Jacobellis 27 Martii 1626, coram bon. me. Urgellen. inter alias impressas decis. 26. Vel quia ipsemet Octavium communi patri hæreditario jure successerat, ad text. in l. si Decisiones ad Tract. de Alim.

*quis à liberis, §. item rescriptum, ff. de liber. agnoscend. Bart. in l. sicut, §. si debitori n. 1, ff. quib. modis pignus, vel hypot. solv. Bald. in l. ult. n. 3, C. de dotis promiss. adeoque nullæ requirebantur solemnitates tanquam in actu omnino necessario, ut advertit Picus ad statuti. lib. 1, c. 151, gloss. 7, n. 257, Rot. coram Verall. decis. 199, part. 3, & in decis. 776, n. 3, part. 2, & 122 n. 41, part. 7, recen. & in Anconitana manna 13 Maii 1644, in §. prædicta vero coram R. P. D. meo Corrado, & in his terè terminis in Camerin. dotis 10 Decemb. 1638, coram Reverend. Terracinen. in §. 1, prout nec etiam requirebatur præsentia matris, licet hæc una cum Camillo Curatrix fuisset deputata: Ex præsumpta enim voluntate Testatoris cuilibet ipsorum demandata censetur in solidum administratio, * nec proinde ex præfata deputationis forma præsumitur exclusio, donec expressè Testator injunxerit quod alter sine altero administrare non possit, ad text. in l. 1. ibique gloss. C. quando ex facto tutor. vel curator. Bald. in princip. ceterique communiter, Bart. consil. 147, n. 2, lib. 1. Gratian. discept. forens. c. 812, n. 27, cum seqq. Rot. coram bo. me. Cor. dec. 318, n. 6.*

Neque urget, quod præfata præstationis annuæ promissio ex solius voluntate Curatoris, non autem ex Testatoris dispositione præcesserit, adeoque sub dotis appellatione comprehenditur, ejusque privilegio gaudere non valeat. Siquidem illa ex consuetudine communiter recepta solet Monialibus profitentibus, ac bona propria renunciantibus constitui, * & assignari pro subeundis earumdem necessitatibus, quibus Monasteria ut plurimum prospicere non valent, adeoque dotis portio reputatur, ac fruitur ipsius privilegio, ut respondit Rot. in una Romana dotis 14 Martii 1635, coram bo. me. Merlino inter recent. part. 7. decis. 30, n. 27, & 28, cum seqq.

Hinc corruit objecta præscriptionis exceptio, quod scilicet lapsu annorum sexdecim, hæc annua præstatio debeat soluta præsumi, prout in Statuto Urbis de præstationibus annuis, expressè disponitur, lib. 1, c. 158. Cum hæc Statuti dispositio dotale debitum non comprehendat, * sed 12 expressè præservet, ut notat Fenzon. ibid. n. 44, Marefc. var. lib. 2, c. 68, n. 44, cum seqq. nec Ecclesiasticas personas ibidem non nominatas, ex defectu voluntatis statuentium * includat, ut respondit Rot. in Romana liberationis à fidejussione 4 Martii 1630, coram bo. me. Merlino, & in Romana donationis de Castellanis 23 Junii 1631, coram bo. me. Coccino, & in Romana successione de Comitibus 15 Januarii 1642, coram Reverend. D. meo Decano, & in Urbeveta legati 4 Julii 1646, in §. quamvis coram R. P. D. meo Bichio, & latè prosequitur Bocca. de statutoria Urbis præsumptione gloss. 19, n. 199, cum seqq.

Et ita utraque parte, &c.

DECISIO LV.

R. P. D. VEROSPPIO.

Anconitana Dotis.

Luna 30. Maii 1648.

SUMMARIUM.

- 1 Executio rite decreta, est consummanda. Mandati non impeditur per exceptiones turbidas, n. 7, & n. 11.
- 2 Validitas mandati, ex revolutione actorum colligitur.

- 3 *Sententia iustitiam decisiones comprobant.*
 4 *Confessio dotis receptae adminiculata probat numerationem.*
 5 *Retentio competit, ubi compensatio non suffragatur.*
 6 *Subhastatio praesumitur valida.*
 8 *Dos detrahitur de fideicommissio ascendente, si non extant bona libera.*
 9 *Tertius non potest impedire executionem, maxime si fuit citatus. Amplia ut n. 10.*

Mandatum Rotale contra haereditaria bona Hieronymi relaxatum pro dote Franciscæ uxori restituenda, ipsa praedefuncta, fancitum fuerat in sententia ad Dianæ haereditis instantiam, ac Demetrii hujus cessionarii in hoc Tribunali postmodum edita, exequendum esse contra bona per fratres de Fanellis modo possessa, Avita, licet quondam Galeatii fideicommissio subiecta, cum nulla Hieronymi debitoris bona supersint; super ejus ulteriori executione sententia, proposito per me dubio, affirmativè hodie DD. responderunt; Quia jam coepta per mandati relaxationem executio, * ritè tamen, ac rectè peracta, debet praevio ad ulteriora processu terminari, ut debitus tandem litibus finis imponatur, leg. quidam existimaverunt, in fine, ff. de reb. cred. l. terminato C. de fruct. & lit. expens. leg. Properandum Cod. de judic. Soccin. in l. singulis nu. 2, ff. de except. rei judic. Alex. in leg. qui bona §. ultim. n. 2, ff. de damn. infest. Surd. consil. 271, nu. 15, Rot. in montis Falisci supplementi legitime 18 Junii 1642, in §. Cujus ratio, coram R. P. D. meo Bichio, & in hac eadem causa 24 Aprilis 1643, coram R. P. D. meo Cerro.

Mandati autem validitatem acta ipsa revoluta demonstrant, ex quibus omnia à jure requisita * ibidem convincitur contineri, juxta traditam praxim in decis. Verall. 260, part. 2, saepius hoc Tribunali receptam.

Iustitiam verò designant decisiones haecenus editae in hac causa tam * coram bon. me. Buccabella sub die 16 Martii, & 3 Decemb. 1635. quam coram R. P. D. meo Cerro die 24 Aprilis 1643, & 9 Decembris 1648, ut alias firmavit Rot. in una Ravennaten. seu Ferrarien. Decimarum 24 Januarii 1650, coram me.

Neque praefatam executionem retardare poterunt exceptiones à fratribus de Fanellis denuo repetitae. Siquidem prima non justificatae dotis obiectio, quippe quae ex sola Hieronymi viri confessione de recepto ab ipsa uxore, ejusque haereditibus deducatur, * tollitur ex decisionibus haecenus editis in hac causa, quibus sulca dignoscitur adducta confessio pluribus, atque urgentibus conjecturis legitima, proinde verè dotis probationem praeseferentibus secundum Salyc. in l. si mater nu. 1, C. de contrah. empt. Bald. in l. 1. n. 4, C. de privil. dot. Decian. consil. 96, n. 3, Natt. consil. 548, n. 25, Surd. consil. 486, n. 7, & 8, cum seqq. Card. Mant. de tacit. lib. 11, tit. 20, n. 19, Rot. coram Greg. decis. 62, n. 2.

Alterà verò obiectio exinde deducta, quod in ipsa dotis consignatione ex A. C. decreto debuerant ab haereditibus Franciscæ mobilia restitui in computum dotis receptae, vel saltem certus eorumdem valor, tunc temporis compensari; Removeretur pariter ex alio ejusdem A. C. decreto, quo mediante, à pluribus annis legitima eorumdem mobiliu subhastatio praecessit, quae proinde Franciscæ successores ab eorum restitutione mobiliu reddidit immunes, ut respondit Rot.

coram R. P. D. meo Cerro sub die 9 Decemb. 1648, in §. aut verò praetenditur.

Ad compensationem verò valoris (dum in eodem decreto restricta fuit ad casum integræ dotis restitutæ (adhuc arctati non fuerant, dum dos integrè soluta non extitit, ita ut se possint * etiam retentionis ope tueri, per text. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de cond. ind. ubi post gloss. in verb. retinebitur, tradit Bart. in fine, Castr. & Alex. n. 6. Jason n. 10, cæterique communiter, idem Castr. in l. si quis aliam n. 4, ff. de solut. & in l. petenti in fin. ff. de pig. & act. Neguf. de pign. in 2, memb. 3, p. n. 20.

Non obstat, quòd eadem subhastatio nullitati videatur obnoxia, postquam non obstantibus oblationibus, atque deposito per fratres de Fanellis oblato, * ad eam Judex procedi mandavit, cum praefata nullitatis obiectio, ex contraria praesumptione tollatur, pro subhastationis validitate, atque iustitia vigente, ex tradit. per Bald. in l. ordo n. 5, Cod. de rescind. vend. gloss. in l. à D. Pio. §. si pignora in verb. quam ff. de re jud. ubi etiam Jas. n. 2, & 3, Surd. consil. 256, n. 8, Rot. in Narnien. dotis 4 Februar. 1628, coram Ubaldo, post Moder. Perus. de subhast. dec. 75, n. 9. Dum maxime damnum ex distractione mobiliu Fanellis illatum, ac læsio exinde contingens adhuc probata non fuit, nec oblationes integræ factæ fuerunt ab ipsismet Fanellis, ut allegant illius Informantes.

Tertia denique exceptio ex jure fideicommissi petita per quondam Galeatium de Fanellis, eorumdem avum praedordinati (super quo propter negant mandatum contra bona haereditaria Hieronymi relaxatum exequi posse) ob nondum justificatam bonorum identitatem, nec consumptionem detractionum ipsi Hieronymo fideicommittentis descendenti competentium, illiquida redditur, atque incerta, adeoque mandati * executionem retardare non valet, juxt. text. in l. ult. C. de compensat. Afflic. decis. 382, sub n. 15, Rot. coram Seraph. decis. 145, n. 3, & coram Greg. 220, n. 5, & in aliis recensitis in Romana successione 24 Januarii praeteriti coram R. P. D. meo Corrado in ult. §. Removeretur praeterea, ex auth. resque C. omnia de leg. desumpta, ex auth. de restit. & ea quae pariter in §. quamobrem, cujus virtute dispositionis ascendentium bona licet fideicommissio supposita, hypothecata * redduntur pro restituenda dote descendentibus, quoties bona libera, prout in proposito casu, non supersint, ut pluries firmavit Rot. videlicet coram Seraph. decis. 278, n. 5, in Romana dotis 30 Martii 1618, coram bon. mem. Card. Verospio, & in alia Romana dotis 23 Maii 1645, coram R. P. D. meo Othobono, & in hac eadem causa 9 Decembris 1648, in §. omnis enim, coram R. P. D. meo Cerro, sive ab ipsa muliere, sive ab ejus haereditibus dotis restitutio petatur, ut notat Castrenf. in d. authen. res quae nu. 10, Menoch. consil. 34, num. 42, Rot. coram Seraph. decis. 688, num. 11, ubi praeterea considerat, quod actio (prout in casu proposito) ipsa vivente muliere orta jam fuerat, & in Romana dotis 14 Febr. 1642, in §. cujus auth. dispositio, coram Reverendiss. D. meo Decano, & in hac eadem causa 24 Aprilis 1643, in ult. §. coram R. P. D. meo Cerro.

Neque idem fratres de Fanellis uti tertii honorum possessores processum executivum * poterunt impedire, vel quia in quolibet actu contra ipsos fuit repetita citatio, juxt. theoric. Castr. in l. cum filiusfam. nu. 3, ff. de verb. signif. quam probarunt Dec. consil. 187, n. 2, Rouin. consil. 34, in fin. volum. 5, Aymon. consil. 12, n. 8, Surd. consil. 224, num. 12, & plures alii relati per Marefc. var. lib. 1, cap. 86.

cap. 86, nu. 51, & lib. 2, cap. 121, nu. 7, Scacc. de appell. quest. 17, limit. 6, membr. 4, n. 52, Rot. in hac eadem causa sub die 24 Aprilis 1543, coram R. P. D. meo Cerro, & in Civitatis Castellii Spolii 7 Maii 1638, coram R. Terracinen. Et licet citatio contra ipsos, uti haereditas Hieronymi supponatur executiva, non autem uti fideicommissarios Galeatii, dum tamen de utroque titulo in actis constabat, * citationes ex utroque jure censentur executivæ ad sustinendam actus, atque sententiaè validitatem, pro qua uti inutiles, & calumniosè circumcitus evitentur, omnis debet interpretatio desumi, l. quoties, & l. merito, ff. pro socio, l. cum in testamento, §. hæc verba, ff. de haered. institut. Alciat. reg. praesumpt. 41, Rot. coram Gregor. dec. 282, n. 7, ibique Add. n. 12.

Vel quia, ut superius ponderatum fuit, & coram R. P. D. meo Cerro sub die 24 Aprilis 1643, exceptio fideicommissi turbida redditur, atque illiquida, cujus proinde respectu mandata executiva contra haereditaria Hieronymi bona relaxata, exequi poterant contra bona, * quæ uti fideicommissio supposita ex adverso allegantur possideri, dum ipsius subsistentia, atque efficacia apta ad impediendam executionem incontinenti justificata non fuit, prout omnium Tribunalium praxis observare solet, de qua testatur Rot. in Senogallien. Prædii 10 Junii 1619, coram bon. mem. Pirouano, & in aliis recensitis in d. decis. R. P. D. mei Cerri in §. contraria vero in fine.

Et ita, &c.

DECISIO LVI.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana redditionis rationis.

Luna 27. Junii 1650.

SUMMARIUM.

- 1 *Tutorum haereditas rationem reddere tenentur. Amplia ut n. 2. Liberatio à redditione rationis intelligitur de scrupulosa, n. 3.*
 4 *Tutor qui administravit prius tenetur rationem reddere. Qui aliquid gessit non gaudet beneficio Ordinis, n. 5. Amplia ut n. 6. Et de ratione, n. 7. De administratis à contutore, finita tutela, non potest conveniri, n. 8. Amplia ut n. 9.*
 10 *Subtractio libri tutelaris non probatur. Non probata illius existentia concludenter est probanda, n. 11.*
 12 *Testes probant negativam, quando illam coarctant.*

Quemadmodum Ascianus Serdonatus, & Franciscus Causeus tutores testamentarii Laurentii, & fratrum de Vallerois, tutelares rationes reddere, si in humanis agerent, tenerentur, l. 1. & tot. iii. ff. de tut. & ration. distrah. §. fin. inst. de atil. tut. ita eis defunctis ipsorum * haereditas teneri inclusum fuit, per text. in dict. l. 1, §. hæc actionem etiam in haereditem competere constat, ff. de tut. & rat. distrah. l. pater vester 2, cum duabus seqq. C. de tut. l. omnes tutores §. l. tutela actio 12, C. arb. tut. Dec. consil. 110, n. 7, vers. & ista redditio. Cancr. var. resol. part. 1, cap. 7, nu. 38, Guttier. de tut. & cur. part. 3, cap. 1, n. 2, Montan. eo. tract. cap. 39, n. 81, Rot. decis. 211, n. 1, part. 4, tom. 2, recent. etiam de neglectis, & ad usuras pupillares, l. cum ostendimus 4, ff. de fidejuss. & nominat. tut. l. tutor. qui repertorium 8, §. pecuniæ, ff. de ad-

min. tut. Guttier. ubi supra, part. 2, cap. 9, nu. 21, Leo. decis. Valent. 15, n. 6.

Non obstat, quòd Andreas pater praedictorum de Vallerois, praenominatos tutores * liberaverit à redditione, rationis, & propterea ad eam compelli nequeant, ad trad. per Dec. consil. 192, num. 3, Borgn. de tut. n. 155.

Quoniam hujusmodi liberatio non excusat ab ab omnimoda redditione, ac reliquorum restitutione, * sed tantum ab exacta, & scrupulosa inquisitione; alias enim facilis nimis praeretur occasio delinquendi, & pupillos fraudandi, l. quidam decedens 6, in princ. ff. de admin. & peric. tut. l. si servus vetitus 122, & ibi gloss. ff. de legat. l. non solum la 2, §. pen. l. si quis rationes. 10, l. Aurelio 21, §. Cajus, ff. de liberat. legat. Castr. consil. 445, sub n. 3, lib. 2, Rimin. jun. consil. 576, n. 5, lib. 5, Paris. consil. 21, n. 56, & seqq. lib. 2, consil. 8, n. 22, lib. 4, Menoch. de praesumpt. lib. 4, praesumpt. 164, n. 1, Rot. dec. 762, n. 8, part. 2, recent. coram sanctæ mem. Gregor. XV. decis. 187, n. 11, cum aliis latè congestis in Romana rescissionis transactionis 29, Maii 1648, §. nec enim coram R. P. D. meo Corrado.

Minus obstat, quòd Serdonatus tantum administraverit, ideoque Causeus gaudere debeat beneficio ordinis, * ut scilicet prius conveniatur Serdonatus, seu illius haereditas, juxt. text. in l. si plures curatores 3, l. tutores 30, §. in eum ff. de admin. & peric. tut. l. fin. C. de divid. tut.

Quia hæc exceptio tollitur ex testibus, ac ex publicis documentis, in summario illorum de Vallerois relatis nu. 1, 2, & 3, ex quibus apparet, quòd Causeus * pro tutore se gessit non solum bona haereditaria Andreae praefatorum patris describendo, sed etiam vineam haereditariam vendendo. Sufficit autem, quòd modicum quid gesserit ad hoc, ut beneficio ordinis non gaudeat, ac tutelam administrasse dicatur, l. ita autem §. §. gessisse, ff. de admin. & peric. tut. ibique Bart. notat Rot. in Romana tutela de Masso 8 Junii 1587, coram Gipsio, relata per Gratian. discept. 86, nu. 14, & 15, ita ut non solum dictæ rei venditæ, * sed etiam omnium à contutore gestorum rationem reddere teneatur, d. l. si plures curatores 3, l. tres tutores 56, ff. de admin. & peric. tut. l. 2, C. de divid. tut. tot. iii. C. si tutor non gessit Ronchegall. in l. eandem n. 218, ff. de duob. reis. Bursatt. consil. 299, n. 8, lib. 3, Peregr. consil. 71, n. 3, lib. 1, Rot. in d. Romana tutela de Masso 8 Junii 1587, cor. Gipsio, obligatio enim tutorum est individua, * cum in solidum erga pupillos teneantur, quibus ipsorum quemlibet licet urgere, nisi administratio à Judice, vel à Testatore fuerit divisa, l. divi 32, d. l. tres tutores 56, ff. de admin. & peric. tut. l. 1. C. si ex pluribus tut. l. 2, C. de divid. tut. Surd. consil. 170, n. 11, & seqq. Guttier. de tut. lib. 1, c. 15, n. 6, Rot. decis. 3, n. 19, p. 4, tom. 2, recent. vel nisi, qui tutorio nomine aliquid gessit, verè tutor non erat, juxt. distinctionem allatam in Romana domus 17 Martii 1649, §. non alterum coram R. P. D. meo Bichio.

Pro tempore tamen pupillaris tantum ætatis & non ultra teneri Causeum, seu illius haereditas Domini censuerunt, quia non constat ea finita quòd ille ex post aliquid gesserit, * neque enim de administratis à contutore, finita tutela, potest conveniri, ut habetur in d. l. divi 32, ff. de admin. & peric. tut. l. tutori 20, C. de neg. gest. cum aliis relatis per Gratian. discept. 86, num. 49, Cyriac. contrav. 280, n. 16, & 17, quamvis in testamento, etiam pro tempore curator deputatus fuerit, * quoniam cum non probetur à Judice confirmatus,